



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Item de eo quod ait, Et uocem eiu audis, quod uox hominis inspirati
gemituosa sit, & quid sit nescire unde ueniat, quid sit nescire q[uo] uadat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

ET PROCESSIONE SAN. SPI. LIB. II. XXIII.

ad senectutē in proposito permanisit, & in reclusione uitam solitariā duxit, tandemq; cursu consummato ante hos annos ferme quatuor pro terrenis, de quaꝝ medio uocata fuerat, nuptijs ad cœlestes (ut credimus) nuptias transmigravit. ¶ Alius quidam, cū penè incon solabiliter lugeret incolatum suū prolongari, & cum ecclesiastice laudaret mortuos magis q̄ uiuentes, & sicut de Anna legitur nusquam uultus adolescentis in diuersa mutarentur, quadā nōt̄e, cum se sopori dedisset, dolore plenus & totus in luctu, ecce uidit quodammodo cœlum defuper modice aperiri, atq; inde quasi talentū lucidum substantiæ ineffabili, substantiæ uiuentis, uelociter atq; dicto citius demitti; quod illapsum pectori eius, magnitudine uel pôdere suo protinus illū somno excusit, auro grauius, melle dulcior. Quod ubi illapsum est, prīmū quidē aliquantula morula quieuit, sc̄q; ab omni motu continuit, illo quoq; quiescente (ut forte resipinus iacebat) & expectante euentū rei, mox aut̄ moueri coepit, & circuire uteꝝ interioris hominis, uteꝝ animæ, quē (ut fatetur) ipse nesciebat ea renus, quod tantæ esset capacitat̄. Circuibat itaq; modo mirabiliores uita, & uera uita, semperq; circuitus sequens erat præcedente maior, multoq; amplior, donec tandem ultima in fuso ueluti quoddam magnum flumen inundans, hoc dabat intelligi uel sentiri, quod totum animaꝝ uel cordis exceptoriū plenū esset, & plus capere non posset. Quo facto, iterum quieuit paulisper, ut neq; influeret, quod iam fecerat: neq; efflueret, quod postmodū fecit: & interim uolebat homo interior quasi faciem clarius uidere illius substantiæ uiuentis, sed quodammodo occultabat se, ut nō uidetur facies eius, cū ualde magno pondere portaretur, & in magna dulcedine sentiretur. Postmodū coepit reflecti, aliamq; in partem circuitus agens in modū fluminis, per leuum latus effluxit, uidentibus oculis interioris hominis, quod cū ultimus fluctus efflueret, paululū substituit, & ecce uidebam(ait) quia substantia illa pulcherrima quasi aurum liquidum erat.

¶ Item de eo quod ait, et vocem eius audis, quod vox hominis inspirat̄ genitio nesciō sit, quid sit nescire unde veniat, quid sit nescire

quo vadat. Cap. XIX.

Gitur quia nemo scit, nisi qui accipit quamlibet gratiarum eiusmodi, recte & ueraciter dicit ipsa ueritas, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Audis uocē gemētis, audis uocē uerba dei loquētis, sed nescis ul̄ qualis de camino gemitus uox formata sit, uel quali de flumine uox exultationis & confessionis imbuta & laetificata sit. Hoc est nescire unde ueniat. Et qd est nescire quo uadat. Nimirū nescire quid defuderet, cur exultans gemat, gemens exultet. Ipse scit quo tē dat, & secundum scientiam ueram loquitur. Quemadmodum defuderat ceruus ad fontes aquarum, ita defuderat anima mea ad te deus. Et cetera his similia. ¶ Tu forte, dum ille se cretum se esse putat, uel secretum habere quod amat, ut ab sc̄q; arbitris fortiter pro uelle suo gemat, & uocem sui gemitus ipse audiat, quam utiq; ipsum audire, sicut panem comedere delectat, ita ut ueraciter possit dicere, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, tu (inquam) forte casu, illo ignorante, prope accusabas, & illo eiulante in sublime, & gemiti bus frena laxāte, audisti & miratus es, audisti & cōpassus es, quippe qui eiusmodi uulnus nec dum expertus eras, & iccirco nesciebas tantorum gemituum quæ uel qualis causa erat. Et reuera mirari poteras. Quis enim tam fortiter gemitus potest pro aliqua seculi amaritudine, quam gerit ille qui eiusmodi est præ dilectionis dei dulcedine? Ibi plane est quod aplius loquitur. Nam qd oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus. Et uere mirum atque ineffabile est, quod cum iste spiritus illis, qui dicunt, super flumina Babylonis illuc sedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon, pro consolatione detur, unde & dictus uel nominatus est paracletus, hic idem ad ueniens, cum se infuderit, totumq; animæ habitaculum in possessionem suam redegerit, adauget gemitus, multiplicat lachrymas, crebriora distendit suspitia, facie tamen permanente laetissima, ita ut tu oppido mireris hilaritatem uultus in publico, cuius quasi per insidias delitescens audieras gemitus in occulto. Sicut ergo nescis unde ueniat, ita & illud nescis quid uadat, nec sat is unq; scire poteris, nisi & tibi similiter contingat, nisi simile uulnus ab isto spiritu pietatis excipias.

In isto

Qualis est illa
spiss. infusio.
Psal. 119.
Eccl. 4.
I. Reg. 1.

Psal. 45.
Gemitus magus, sed dulcis pie lugentibus,

Roma. 8

Psal. 136.